Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XXXIIII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Caplm xxxiii

uniuit gratia per dei largitionem in orbis
terrarum limites surgentes a lectulo dati et
letantes et chorum unum statuentes in pdca
consciencia consonant universi sicut ex uno ore
ymnos ad universorum tantum deum lauda-
tes eum et ei gratias pro omnibus solventes
pro propriis et communibus beneficiis Curare si in-
detur adam dimittentes interrogemus quo
ab angelis hic distat chorus qui in terra can-
tant et dicunt gloria in excelsis deo et in terra
pax hominibus bone voluntatis postque cantica illa
dixerunt genua flectentes deum quem prius
laudaverunt rogant et petunt pariterque
nichil nulla enim eis horum est cura stare aut
cum libera pncia ante terribile tribunal cum
venerit iudicare vivos et mortuos unigenitus
filius dei et nullum audire terribilem illam vo-
cem que dicit nescio et ut cum pura consciencia
et multis directoribus laboriosam hanc ex-
pleant vitam et difficile hoc navigent pelagus
cum tranquillitate Deinde surgentes et perficien-
tes iam sanctas illas et continuas orationes
oriente radio ad opus habet unusquisque nul-
lum stipendium egentibus hinc congregantes
Magnus est illic qui vile opus capit Non est
ibi meum et tuum sed abiectum est inde hoc ver-
bum quod dicere multum est ea plurimorum In nullo ex p
tabernacula de ceteris celis disposita sunt etenim
angeli descendunt ad eos et angelorum dominator
Et mensa apud eos est ab omni avaricia mun-
da et philosophia plena Non sanguinum torren-
tes sunt apud eos nec carnium incisiones nec
dulcamina nec vapor coctorum implens inde-
center odoratum nec fumus incommodus nec
cursus et tumultus et turbationes et clamores
aggravantes Sed panis et aqua hec quidem
ex fonte puro ille autem a laboribus est iustis Si
autem et aliquis munificencius comedere voluerint
comitates arborum hec munificencia fit et
maior hic delectacio quam in regalibus mensis
Angelorum est hec mensa ab omni turbacione
eruta Et sedile eis fenum impletis supponitur
sicut in heremo prandens xpc fecit Multi au-
tem nec regimine hic sciunt sed pro tecto celum habent
et lunam et pro lumine lucerne non indigentes
oculo nec in estro sol desuper ipsis digne lucet
Hanc et angeli mensam de celo contemplantes
letantur et exultant Hec igitur scientes et
deponentes avariciam universam invadamus
superius cum studio universo regum capientes
ut et futuris fruamur bonis hec Crisostimus
Domine deus pater familias omnipotens
qui vineam ecclesie tue prelatis locasti
ad colendum ut vicia tamquam spinas extirpando
et virtutes tamquam bona semina inserendo fratrum
in se et in subditis faciant bonorum operum
Da quesumus omnibus et prelatis et subditis ut fructum
cordis oris et operis tibi reddant et ubertate
fructuum maiestati tue placeant ac tandem
post laborem presentis vite cum electis tuis qui bene
et fideliter laboraverunt in regno tuo te mise-
rante requiescant amen De invitatis
ad nuptias et non habente vestem nuptialem

Et quia maiores iudeorum
intelligentes de se dici para-
bolas querebant dominum
tenere et occidere hanc eorum
sciens voluntatem nichilominus increpat scien-
ter nec timore superatur quo minus arguat
peccatores hinc habes argumentum quod si pre-
dicacio tua non fuerit semper consecuta effectum
non ideo desistas a predicatione et redarguicione
maxime si spes est tibi de eorum quibus pre-
dicas correctione Cum igitur ostenderat quod
regnum auferetur a iudeis et dabitur genti
facienti fructus eius ideo subiungit Aliam pa-
bolam de invitatis ad nuptias regis quas
fecit filio suo quorum quidam venire neglexe-
runt quidam vero suos missos contumeliis
affectos occiderunt et de aliis bonis et malis
vocatis qui venerunt et ad nuptias intrave-
runt hanc parabolam inducit ut dei longam-

initatem et patiaz multaz ad iudeos omdat
quos preceteris honorauit et primo ad nup-
tias filii sui uocauit. tu carnem Iniit et eccle-
siaz desponsauit et ut reprobatoz iudeorum
et uocatoz gentium demonstraret. Quia enim
iudei ad fidem uocati uenire noluerunt me-
rito ipsis reprobatis alii introducti sunt et
implete sunt nuptie discumbentium quia
fides catholica diffusa est per orbem uniuer-
sum. ¶ Simile ergo est regnum celorum
homini regi i. negotium perietis ecclesie seu status in
ecclesia militante circa xpm simile est negotio
quod potuit fieri per hominem regem in celebra-
tione nuptiarum. Iste homo rex est deus pater
qui dicitur rex quia regnat in celo per gloriaz
in mundo per gratiaz in inferno per iustitiaz
et dicitur homo propter conformitatem que est
inter deum et deum. ¶ Qui fecit nuptias
filio suo triplices. Primas celebrauit in vir-
ginis utero in copulatione diuine nature et
humane de quibus dicit greg. quod nuptiarum
thalamus uterus uirginalis. Secundas fe-
cit in mundo in coniunctione xpi et ecclesie de qui-
bus apostolus. Sacramentum hoc magnum est ego
dico in xpo et in ecclesia. Tertias facit in fideli
anima in coniunctione gratie et fidelis anime
de quibus osee. Sponsabo te michi in fide.
Alie sunt nuptie celestes in quibus et multa
fercula apponentur secundum aug. scilicet uita salus
et uirtus et copia et gloria et honor et pax
et omnia bona. ¶ Et misit seruos suos pre-
cedentes scilicet prophetas uocare inuitatos per
scripturas legis in qua facta est promissio
de incarnatione xpi scilicet ipsos iudeos ad nup-
tias i. ad fidem incarnationis xpi promissam
in patriarchis figuratam in lege predictam in
prophetis. Prophete namque clarius denuntiaue-
runt ea de xpo que obscurius posita erant
in lege. Portabant enim populum iudaicum ex po-
testate xpi aduentum ac per fidem et opera
tenderet in xpm et uolebant uenire credendo

scripturis inuitantibus obediendo seruis
congaudendo nuptiis regalibus. ¶ Iterum
misit alios seruos sequentes scilicet Iohannem
Baptistam et apostolos dicens dicite inuitatis
scilicet iudeis uocatis a tempore abrahe. Ecce pran-
dium meum paraui i. misterium incarnationis
impleui ac sacramenta ecclesie et doctrinaz xpi-
anaz quibus reficiatur anima disposui.
Thauri mei scilicet patres ueteris testamenti qui
sub iugo legis laborant et inimicos corni-
bus uentilabant et altilia. quasi altilia ab a-
lendo dicta scilicet patres noui testamenti pinguedi-
ne caritatis saginati pennis uirtutum alati
ad superna uite electi occisa sunt quasi
occiduntur pro salute populi et omnia para-
ta sunt quia quidquid queritur ad salutem iam
ad impletum est in scripturis vel omnia
que pertinent ad misterium nostre redemptionis
uel introitus regni est per fidem nostre incar-
nationis apertus qui ante fuerat clausus.
Venite ad nuptias. credendo diligendo ope-
rando. ¶ Illi autem neglexerunt quia iudei
predicatores xpi et apostolorum contempserunt nam
pauci comparatione de iudeis crediderunt. Ne-
glexerunt quidem quia dominum non timuerunt
qui enim dominum timet nichil negligit. Et
abierunt alius in uillaz suaz et alius in ne-
gociatoz suaz. Ambitione seculi tamquam
uille dominio detenti et ob pecunie cupidi-
tatem negotiatione occupati ubi Criso. O
miserrimus mundus. et miseri qui eum per-
sequuntur. semper enim mundialia opera homines
excluserunt a uita religionis uero tenuerunt
seruos eius et contumeliis affectos occiderunt
quia baptista ab eis est incarceratus et oc-
cisus necnon stephanus et iacobus et alii
discipuli et similiter multi in testamento ue-
teri quorum quod est grauius non nulli uocati
ad gratiaz non solum respuunt sed etiam persequuntur.
Rex autem cum audisset iratus est quia a deo
merito pro talibus sunt puniti et missis

exercitibus suis s[cilicet] Romanorum sub princi-
pibus tito et uespesiano qui ex diuina ordi-
natione venerunt contra ierlm xl[ii] anno p[ost]
xpi passionem perdidit homicidas istos quia
multorum sanguis xpi et suorum discipulorum
ab exercitu romanorum sunt trucidati et cap-
tiuati et ciuitatem illorum succendit quia
tunc ierlm est succensa et templum in ea

¶ Tunc ait seruis suis s[cilicet] aplis et discipulis
per diuinam reuelacionem Nuptie quidem parate
sunt .i. misteria xpi impleta sunt et omne
sacramentum incarnationis et humane di-
spensationis iam peractum est et completum
ut natiuitas predicatio passio et huiusmodi
s[cilicet] qui inuitati erant per legem per prophetas
per aplos s[cilicet] iudei non fuerunt digni propter
suam incredulitatem Ite ergo ad exitus
uiarum .i. ad gentiles extra uiam errantes
et ad dispersiones gentium et quoscumque in-
ueneritis .i. cuiuscumque sexus uel etatis
cuiuscumque status uel dignitatis cuiuscumque
professionis uel conditionis sine acceptione
personarum uocate ad nuptias .i. ad fidem in-
carnationis quia nullus nolens fidem xpi
recipere est expellendus Et egressi serui con-
gregauerunt omnes quos inuenerunt
malos et bonos quia in ecclesia militante
admixti sunt mali cum bonis et implete
sunt nuptie discumbentium quia ut predictum
est fides catholica diffusa est per orbem
uniuersum Vel implete sunt et quantum ad
numerum et quantum ad meritum et quantum ad pre-
ordinationem diuinam quod erit in fine
mundi quando complebitur numerus electorum

¶ Intrauit autem rex s[cilicet] deus ad iudicium
tota enim trinitas iudicabit .i. reddet unicui-
que pro meritis ut uideret discumbentes
.i. in fide quiescentes attendendo s[cilicet] uitam fi-
delium et discernendo merita et demerita
eorum fideles enim pertinent ad iudicium na[m]
qui non credit iam dampnatus est Intrat

autem dupliciter scilicet generaliter in futuro
iudicio et specialiter in morte cuiuslibet
hominis Et non quod discumbere in nuptiis
xpi est sacramentis ecclesie participare fide
xpi habere et beneficiis dei atque gratiis eius
perfrui Et uidit ibi hominem .i. totum cetum
malorum qui in malitia sociati sunt .i. unum
non uestitum ueste nuptiali .i. habentem fide[m]
xpi non opera iam sine fide Vestis nuptial[is]
precepta sunt domini et opera que complen[tur]
ex lege et ewangelio nouum homi[ne]s efficiunt
uestimentum Iste homo habens fidem sine
operibus ad nuptias ecclesie portat os et dentes
obmittens uite compositor et mores Vel
non uestitum ueste nuptiali .i. habente fidem
sine caritate Dicitur autem caritas uestis nup-
tialis quia tegit turpitudinem peccatorum
quia protegit a frigore temptationum
quia ornat munere donorum et uirtutu[m]
et ut dicit aug. diuidit inter filios regni
et perditionis ubi greg. Recte caritas nup-
tialis uestis uocatur quia hanc in se condi-
tor noster habuit dum ad sociandum sibi ecclesie
nuptias uenit Qui ergo per caritatem ue-
nit ad homines eandem caritatem innotuit
uestem esse nuptialem Sciendum uero est
quia sicut in duabus lignis superiori vi-
delicet et inferiori uestis texitur ita in dua-
bus preceptis caritas habetur in dilectione
s[cilicet] dei et dilectione proximi Quo ergo necesse e[st]
ut caritatis precepta custodiat quisquis habere
in nuptiis uestem nuptialem curat Quatenus
nec ex passione proximi contemplatio elon-
get dei nec plus quam debet in heremo contemplatio
dei passio non abiciat proximi Sciendum quoque est
quod ipsa dilectio proximi in duabus preceptis sub-
diuiditur cum quidam sapiens dicat omne quod
tibi oderis fieri uide ne alteri facias et per semet-
ipsam ueritas predicat dicens quecumque uultis ut
faciant uobis homines et uos eadem facite
illis Caritas autem uera est et ideo diligit

amicus et propter deum diligitur inimicus. Magna sunt hec, alta sunt hec et multis ad exhibendum difficilia sed tamen ista est uestis nuptialis. Quisquis hanc exhibens non habet, iam sollicitus metuat ingrediente rege qui inuitatur foras hec greg. Et erit illi unicuique homini in iudicio particulari cum moritur et uniuersorum iudex interrogat quomodo in fide xpiana se habuit. sed in fine mundi loquitur toti humano generi. Amice fidei participatione sed non expiatione debiti obligatione, sed non solutione, nomine non re. Uocatur ergo amicus propter fidem informem que notitia quedam est et dei donum licet non sufficiat ad salutem. Uocatur etiam amicus propter naturam qua ad ymaginem dei est factus uel quia fuit inuitatus. Quomodo huc intrasti non congregatorum sed fidelium sacramenta ecclesie suscipiendo fidem ecclesie confitendo non habens uestem nuptialem scilicet opera sine quibus fides est mortua uel uestem nuptialem scilicet caritatem quia absque tali ueste nemo ad communionem fidelium debet accedere quin dignum est ut communicantes ipsi sponso in habitu sint conformes qui uestem induit caritatis. Caritas dicitur uestis tum quia operit delicta tum quia calefacit desideria tum quia sine ea non placent deo opera nostra. Dicitur autem nuptialis quia matrimonia fiunt propter amicitiam conformandam uel augendam. In matrimonio ergo filii dei quod fecit cum natura humana amicitia inter deum et nos est conformata propterea confirmata et etiam augmentata. Et nota quod ex istorum in nuptiis xpi plurimi sunt induti sacco auaritie, aliqui sunt induti purpura superbie, aliqui auro inanis glorie, aliqui pellibus ouium simulate iustitie, aliqui armis iracundie, aliqui habent uestimentum sordidum peccato luxurie, aliqui laceratum inuidie, aliqui incompositum negligentia

accidie, aliqui molle mantum complacentie, aliqui nimis affluentis uoracitatis gule de quibus omnibus in sophonia dicitur. Uisitabo super omnes qui induti sunt ueste peregrina. At ille obmutuit propter timorem accusatoris propter erubescentiam iniquitatis propter ignorantiam excusatoris pro confusione non habens quid responderet quia deo nullus respondere potest sed propria arguente conscientia conuincitur et mutus efficitur. Per hoc quod ille obmutuit innuitur quod in illo ultimo examine omne genus excusationis cessabit. Tunc dixit rex ministris id est angelis diuine iustitie executoribus uel isti ministri sunt angeli spiritus qui deputati sunt ad penas dampnatorum quia secundum orig. merito ipsi sunt pene auctores qui fuerunt culpe suggestores. Ligatis manibus et pedibus id est ablata potestate bene operandi et ad salutem conuertendi ac gratiam recuperandi uel pedes sunt facultas liberi arbitrii, manus uero sunt opera. Post opus et utrumque est ligatum in dampnatis inuictione et priuatione cum sit ligatum in tenebras exteriores a uisione dei et quia sunt extra omnem diem et extra ambitum diuine misericordie uel exteriores id est corporales et localiter extra ipsum positas quia habuerat in se ipso dum hic uiueret interiores id est mentales. Tenebre enim ignorantie ducunt ad tenebras culpe et hee ad tenebras pene. Unde secundum greg. Interiores dicimus cecitatem mentis, exteriores uero tenebras eternam noctem dampnationis. Qui ergo nunc in uicio ligantur sponte tunc in supplicio ligabuntur inuite et ligabit ibi pena quos hic absolucionis operibus ligauit culpa. Et quod ibi sustinebit qui hic bene uiuere contempsit subiungit dicens. Ibi erit fletus scilicet oculorum per illicitas concupiscentias et in uanitate mundi hic uagantium et stridor dentium in edacitate uitiorum gaudentium quatenus singula membra suppliciis subiaceant que

Capitulum [illegible]

bit singulis viciis subiecta serviebant. Vel fletus et stridor, id est dolor mentis et corporis ad que reducitur omnis pena infernalis. Fletus enim a tristicia originatur et stridor dencium causatur a contrariis causis scilicet ex ardore ignis et frigore infernali. Unde dicitur in Iob: ad nimium calorem transibit ab aquis nivium. In fletu etiam et stridore magnitudo tormentorum et doloris immensitas significatur. Vel certe stridor dencium prodit indignantis affectum eo quod sero unusquisque peniteat, sero ingemiscat, sero sibi irascatur quod tam perversa improbitate deliquerit. Et quia in convivio nupciali non invitum sed finis queritur consequenter conpulso uno in quo omne malorum corpus exprimitur generalis sentencia et parabole conclusio infertur. Multi autem sunt vocati ad fidem catholicam pauci vero electi ad gloriam scilicet comparative respectu illorum qui vocati sunt ad fidem quia inter multos fideles habentes fidem pauci sunt electi qui habebant fidem formatam. Rursus omnes homines vocantur ad fidem sed pauci sunt electi quia pauci sunt fideles respectu infidelium. Tale est quod dicit: Non unus tamen devocatus eiectus est de nupciis sed intelligendum est de multis quia per illum unum intelligitur universitas malorum qui habent fidem sine operibus caritatis. Nam secundum Augustinum: Homo ille qui inde proiectus est non unum hominem significat sed multos quia ille unus corpus malorum est. Unde alibi dicitur: lata est via que ducit ad perdicionem et multi sunt qui ingrediuntur per eam. Et arta est via que ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam. Et hoc multum deberet nos terrere et ad humilitatem movere quia est nobis incertum utrum simus de illo parvo numero electorum. Unde Gregorius: Tanto ergo sibi unusquisque metuat et humilitate se deprimat quanto si sit electus ignorat. Quia quod sepe dicendum est et sine oblivione retinendum multi sunt vocati pauci vero electi. Hec Gregorius. Et notandum quod hoc verbum ibi erit fletus et stridor dencium

in septem locis evangelii legitur et hoc contra septem vicia maxime prelatorum sed quod unumquodque in precedenti supra redditur causa. Prima causa est quia male intraverunt scilicet per munus non per Deum, per cupiditatem non per caritatem. Unde dicitur hic: quomodo huc intrasti non habens vestem nupcialem et sequitur ibi erit fletus et stridor dencium. Secunda quia male vixerunt non sicut pastores sed sicut predones non sicut episcopi sed sicut exactores. Unde supra de sagena: malos autem foras miserunt et sequitur ibi erit fletus et stridor dencium. Tercia quia alios scandalizaverunt sicut lapis subito occurrens pedi facit cespitare et offendere. Unde supra: Et colligent de regno eius omnia scandala et sequitur ibi erit fletus et stridor dencium. Quarta quia in docendo et regendo inutiles fuerunt. Unde infra: servum inutilem proicite in tenebras exteriores et sequitur ibi erit fletus et stridor dencium. Quinta quia subditos et superbia verbi et avaricia facti oppresserunt. Unde infra: si dixerit servus malus moram facit dominus meus etc. partem suam ponet cum ypocritis et sequitur ibi erit fletus et stridor dencium. Sexta quia magna de se presumpserunt credendo et maiora iactando. Unde supra: nonne manducavimus coram te bibimus etc. et sequitur ibi erit fletus et stridor dencium. Septima non penituerunt: elacio enim superbie expugnat humilitatem penitencie. Unde supra de centurione: filii autem regni eicientur foras in tenebras exteriores et sequitur ibi erit fletus et stridor dencium. Has ergo Christi et ecclesie nupcias tota mente diligamus harum gaudiis celestibus in die festa bonorum intencione nitamur has quia per fidem vocati intravimus mundo dilectionis habitu celebrare curemus neque a contrariis sibi et cogitaciones malas ante diem extreme discussionis ipsi solliciti examinando diluamus ne forte cum ingrediens rex si viderit nos nuptialem caritatis vestem non habere eiceat nos etc. et ligatis

Anno dni xxxiii Pars ii Caplm xxxiii

cruciabitur bene agendi manibus vinctis ac pe
dibus in tenebras mittat exteriores Si quis
enim in tempore iudicii fuerit inventus
ſub nomine xpiano non opera xpiana ſtati
corripietur et audiet iſtud a rege ſibi dici
Amice quomodo huc intraſti non habens
veſtem nuptialem Quaſi diceret vt quid xpia
nus es factus cum opera tua non ſint xpi
ana Nullus itaqz devocione preſumat donec
de adeptione finis ſecurus exiſtat Omnes
quidem vocat deus voluntate antecedente ſz
quia vult omnes homines ſalvos fieri et tamen
pauci ſunt electi quia pauci beatitudinem
conſequuntur reſpectu eorum qui dampnantur
Nonnulli quidem vocati nec incipiunt non
nulli vero in bonis que inceperunt minime
perſiſtunt et multi fidem percipiunt ſz reſpectu
malorum pauci ſunt qui in gracia uſqz in
finem perſeverant Nemo autem ſe xpianum
ſe induat niſi qui xpi et doctrinam ſequitur
et imitatur exemplum Qui male vivunt
et xpiani vocantur iniuriam xpo faciunt
Unde aug. Nemo ſine cauſa quis tamen nomen
ſortitur Sutor nec dicatur nisi ꝑte eſt nec cal
ciamenta conficiat · vocetur quis faber aut
alius artifex artis ꝑicia facit Huiuſmodi
exemplis cognoſcimus ſine actu nomen ſz
omne nomen evitur xpianum ergo nomen ille
fruſtra ſortitur qui xp̄m non imitatur Quid enim
tibi prodeſt vocari quod non es et nomen uſur
pare alienum Sz ſi xpianum te eſſe delectat
que xpianitatis ſunt gere et merito tibi no
men xpiani aſſume Tu ergo quomodo xpianus
diceris in quo nullus xpiani eſt actus · xpianus
iuſticie bonitatis integritatis paciencie
caſtitatis pudicitie pietatis humilitatis et in
nocencie eſt nomen et tu iſtud nomen quomodo
tibi defendis et vendicas · cui de tam pluribus
rebus nec pauca ſubſiſtunt xpianus ille
eſt qui non nomine tamen ſz opere eſt qui vitam xpi
ſequitur qui xp̄m in omnibus imitatur ſicut
ſcriptum eſt Qui dicit ſe in xpo manere dz

ſicut ipſe ambulavit ambulare et ipſe xpi
anus eſt qui die noctuqz deo deſervit qui
indeſinenter eius precepta meditatur et co
gitat qui pauper mundo efficitur ut deo lo
cuples fiat qui inter homines habetur in
glorioſus ut coram deo et angelis glorioſus ap
pareat qui in corde ſuo nihil ſimulatum vel
habere nec victum cuius ſimplex et imma
culata eſt anima cuius conſciencia fidelis
et pura eſt cuius tota in deo mens eſt cuius
omnis ſpes in xpo eſt qui celeſtia pocius
deſiderat quam terrena qui humana ſpernit
ut poſſit habere divina hec aug. Unde leo
papa etc. Fruſtra appellamur xpiani ſi imita
tores non ſumus xpi Qui ideo ſe viam eſſe
dixit ut converſacio magiſtri eſſet forma
diſcipulis et humilitatem eligeret ſuus qua
ſectatus eſt dns Unde et ciprianus xpianus
nemo recte dicatur nomen qui xpo moribus
torquatur Unde eciam auguſtinus Inter infideles co
putantur qui quod voverunt non implevee
runt Quicumqz eciam xp̄m non ſequitur non
ſolum xpiani nomen amittere ſz eciam a
xpo dici meretur Unde aug. Quiſquis factis
negat xp̄m antixpus eſt Magis mendax eſt
antixpus qui ore profitetur ihm eſſe xp̄m et
factis negat ideo mendax quia aliud loquitur
et aliud agit Quis eſt qui non credit quod ihc
ſit xpc Qui non vivit quomodo precepit xpc
Multi enim dicunt credo ſz fides ſine operibus no
ſalvat Et iterum Omnes negant xp̄m in
carne veniſſe qui violant caritatem Illum
enim opus non erat ut veniret niſi propter cari
tatem Maiorem hanc dilectionem nemo habet
quam ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis Qui
cumqz violat caritatem quilibet dicat de lin
gua · vita ipſius negat xp̄m in carne veniſſe
et iſte eſt antixpc ubicumqz fuerit quocumqz
intraverit hec aug. In hoc maxime nos xpi
ani gentiles ſcandalizamus quia caritate
et vitam virtuoſam non habemus · Unde Cri
ſoſtomus Nichil aliud eſt quod ſcandalizat

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

gentiles q̄ q̄d non amor eſt. Cum enim mul
tiplicata fuerit iniquitas frigeſcet amor.
Vitaz aūt nichil ita facit claram ut amor.
Nichil enim ita conuertit gentiles ut aīm
nichil ſcandalizat ut malicia. Cum enim
uiderit auaricia utentem et rapientem
eum qui contraria iubet et hos qui eiuſdē
ſunt tribus ut feris utentem cum qui iubz
in iniurijs amare delicatos dicit ea que dicta
ſunt. Cum aūt uiderit trementes mortem
qualiter ſuſcipiet eos qui de in mortalitate
ſermones. Cum uiderit diligere principatū
et alijs ſuiuentem paſſionibus firmius i
ſuis manet dogmatibus nichil magnū
ymaginans nos enim ſumus cauſa manēdi
eos in errore naz dogmata quidem que
aput ſe ipſos ſunt olim contempſiſſz ſz et
ura ſimiliter admirantur ex uita aūt
ura prohibentur. Nam per uerba quidez
phari facile eſt. Multi enim aput eos hoc fe
cerunt. Inquirunt aūt eam que per omnia
demonſtrat. Oſtende enim michi fidem tuaz a
it per opera tua. Cum aūt magis feris di
uellimus proximorum ſubſtancias iactu
raz nos uocat orbis terrarum. Quare et
nos horum vindictaz dabimus non pro
quibus male agimus ſolum ſz et pro q
bus blaſphematur nomen dei. Vſqz quo
pecunijs et uoluptati et alijs ſumus alli
gati paſſionibus. Deſiſtamus igitur de
reliquo et uirtutem capiamus omne ut
futuris fruamur bonis. hec Criſo. Oro
Domine ihū xpē rex celeſtis
glorie qui nos per nūcios tuos
ſz ſacram ſcripturaz infirmitates, piculū
viuendi mutacōz fortune et gratuitaz uo
luntatem ad nuptias tuas uocaſti da nob
caritatem ueſtem nuptialem ne a cōfeſſi
one pcti et laude dei obmuteſcamus ne a re
fectione ſpiritualis gaudij ſz pace et ſecu
ritate ſeparemur et da nobis ueſtem pi
etatis et bone operacōis ne ligatis manibꝰ
et tenebris exteriores mittamur amen.

De queſtione ſup tributo ſoluendo et de
muliere ſepte viros habente xxxv. c.

Tunc ſz poſt predicta et ea
dem feria tercia abeuntes
pharisei ad herodianos cō
ſiliū inierunt ut ex collacōe
cōmuni melius ppenderent qualit illum deci
pere poſſent et eum quem capere non pote
rant in malo opere caperent in ſmone q̄
facilius capitur homo in uerbis q̄ in factis.
Et miſerunt diſcipulos de ſecta ſua cū herodi
anis i. miniſtris herodis qui ex parte ceſa
ris procurat tributa ut diſcipli caperent in ſ
mone et miſtri caperent eum ad puniendū
in corpore. Secdm Criſo. ne forte pharisei ꝑpō
noti et ſuſpecti caueuentur eum non poſſent cō
tra eis ſibi in uerbis caueret mittunt diſcipu
los q̄ ignotos ut facilius deciperent et deprehēſi
minus erubeſcerent et ꝑpt̄ hoc eos et herodie
miſtros ſimul mittūt ut q̄cūqꝫ dixerit re
prehendatur. Et circumdant eum ſicut apes
mel in ore et aculeum in tergo portantes et
adulatorie cōmendant in eo triplicem vītatem
dicentes. Magr̄ ſcimus quia uerax es q̄ntū ad
vitaz non ypocrita ecce ueritas uite. et uiaz
dei qua itur ad deū in ueritate doces q̄ntum ad
ſanaz doctrinaz ecce ueritas doctrine et non
eſt tibi cura et timor uel fauor de aliquo q̄ntū
ad iuſticiaz i. non attendis aliq̄ ut accipias
perſonaz. Vnde exponendo ſubiungit non n̄
reſpicis perſonas hominū ſz indiſtincte dicis
maioribus et minoribus ueritatem ecce ue
ritas iuſticie. Sed econtra multi modern faci
unt qui pauperes delinquentes publice argu
unt et confundunt ſz diuitibus maiora pec
cantibus nec mutū faciunt. Secundum Criſ.
Inter omnia pcta ſacerdotum maximū eſt
perſonas reſpiciunt et non cauſas et ideo iuſ
tos et pauperes deſpicientes iniquos et diui